



LACZLAVIK GYÖRGY
Brodarics István címerlevele

II. Lajos király 1517. május 25-én címerlevelet adott jerosini Brodarics Istvánnak.¹ A Brodarics család címere volt az egyik első címerábrázolás Magyarországon, ami kétségtelenül harci jelenetet ábrázolt.² A genealógiai szakirodalomban ugyanakkor olykor sajkás vagy csajkás címerként tettek rá említést.³ Mindezek mellett beszélő címernek is tekinthető, hiszen az ábrázolt jelenetben szereplő csónak és a család neve között nem nehéz észrevenni az összefüggést.

Sajnos Brodarics István szerémi püspök címerlevelének eredeti példányát ma már nem ismerjük. A szöveget és a címerképet a Magyar Országos Levéltárban őrzött másolat alapján rekonstruálhatjuk.⁴ Az irat 1897:11 növedéki naplósza alatt került be a Magyar Nemzeti Múzeumba, 475 társával, amelyekkel együtt korábban az ezredéves kiállításon volt látható.⁵ Az irat már 1897-ben meglehetősen rongált állapotban volt a másolat alapján, de az oklevél akkori összeolvasói, Horváth Ignác és Varjú Elemér még látták az ép címerképet és a fehér-fekete-kék selyem zsinóron függő királyi pecsétet is.

¹ Csoma József: A mohácsi vész előtti címerlevelek nyomai *Turul*, 24 (1906) 25.; Nyulásziné Staub Éva: Mohács előtti címerlevelek. In: *Studia professoris–Professor studiorum. Tanulmányok Érszegi Géza hatvanadik születésnapjára.* (Szerk. Almási Tibor–Draskóczy István–Jancsó Éva.) Bp., 2005. 258.

² R. Kiss István: Természetes ábrázolás az 1526. év előtti magyarországi címerekben. *Turul*, 21 (1903) 168.

³ Zay Ferenc: Az Lándorfejűrvár elvesztésének oka e vót és így esött. Bp., 1980, 9. kép.

⁴ Levéltári jelzete: Magyar Országos Levéltár (a továbbiakban: MOL) R 64 – 2. tétel – No. 48.

⁵ „A család régi, valószínűleg Zsigmondtól nyert armálisa elveszett s csak az előttünk fekvő 1517-iki ismeretes, melyben II. Lajos király Brodarich István pécsi kanonoknak ősi címerét megbővíti egy a címérszerző tudományos érdemeit szimbolizáló babérszorút vivő hollóval. A bőbeszédű oklevélnek mintegy kétharmadát a kitüntetett dicsőítése foglalja el, felhozatván érdemei közt még a görög és latin nyelvben való jártassága is. Érdemeiért részesül a kitüntetésben Mátyás nevű testvére és ennek két fia Ferenc és Elek is. A bővített címer leírása a következő: Távlatszerűen lefelé világosodó kék mező, a címer alapján ezüst víz, rajta fekete csónakban ezüst páncélú, arany lapáttal evező ifjú vitéz, feje fölött, a paizs jobb sarkából repülő fekete holló szájában babérszorúval, a bal sarokban arany nap. A paizson ezüst csőrsíak, rajta nyolczágú arany nap, melyet azonban sisakdísznek nem tekinthetünk, mivel ilyenről az oklevél címerleírásában nincs szó. A takaró mindkét oldalról arany-fehér-kék, zöld béléssel. Az egész apró virágokkal díszített s arannyal keretelt bitor alapon nyugszik. Heraldikai szempontból hibás, de igen festői hatású címer, mely mint miniatúra párját ritkítja.” *Varjú Elemér*: Czimertani és sphragistikai emlékek az ezredéves országos kiállításon. *Turul*, 24 (1896) 151–152.

Az oklevél akkor báró Tallián Dénes tulajdonában volt. 1884-ben Szopori Nagy Imre még úgy tudta, hogy „Brodarics István rokonától Brodarych Mátyástól leányágon származott le a Somogy megyei Perneszi család, az oklevél ennek levéltárában őriztetik báró Tallián Jánosnál mint a Perneszi család egyik örökösénél Szabáson Somogy megyében.”⁶ A Perneszi család levéltárának 1805-ben készült elenchesében meg is található a címereslevélről készült bejegyzés.⁷ A Tallián család levéltára 1899-ben a Nemzeti Múzeumba került, a címereslevél azonban biztosan nem, mert ma nem található a Tallián család levéltárában.⁸

Az adománylevelében II. Lajos király a család korábbi címerét újította meg, illetve bővítette ki. A régi címer kék mezőben páncélos vitézt ábrázolt, akit az ellenség üldöz, és egy csónakban sietve a másik partra evez. A király ezt egy repülő hollóval egészítette ki, ami a vitéz feje felett babérszorút tart. Megjegyzendő, hogy a címerrajz fennmaradt másolatáról hiányzik az ellenség ábrázolása. Érdekesség, hogy Siebmacher két alkalommal is rosszul írta le a Brodarics címet. Siebmacher valódi harci jelentet rajzolt, de nála két harcos ült a csónakban, és egy huszár üldözte őket.⁹ A horvát nemek címereiről írt kötetében ellenben már korrigálta saját tévedését, és az általánosan ismert címeralakot ismerteti ő is.¹⁰ Az oklevélből az is kiderül, hogy Brodarics Itáliában folytatott tanulmányai után előbb Tamás esztergomi érsek, majd György pécsi püspök szolgálatában tüntette ki magát. Ezek után királyt is éveken keresztül hűségesen szolgált. A címerbővítésben rajta kívül testvére Mátyás, továbbá testvére fiai Ferenc és Elek (Alexius) is részesültek.

⁶ A Kisfaludyak címeres levele. *Turul*, 2 (1884) 106.

⁷ Fasc. 15. No. 7. jelzet alatt: MOL, P 650 – elavult elenchesok

⁸ MOL Diplomatai Levéltár 67677–67918.

⁹ Siebmacher's Wappenbuch. IV. Bd., 15. Abt., Teil 1. Der Adel von Ungarn samt den Nebenländern der St. Stephanskronen (4 Bände) (Bearb. von Géza von Csergheő.) Nürnberg, 1893. 87. Taf. 69.; „Teljesen hamis címert tulajdonít a Brodarich családnak a magyar Siebmacher, daczára, hogy a valódi is ismerte a szerkesztő.” *Varjú E.*: i. m. 151.

¹⁰ Siebmacher's Wappenbuch. IV. Bd., 13. Abt. Der Adel von Kroatien und Slavonien. (Bearb. von Ivan von Bojnicic.) Nürnberg, 1899. 218. Taf. 157.

Az oklevél szövege az 1897. évi másolat szerint:

Commissio propria domini regis

Ludovicus dei gratia rex Hungariae et Bohemiae etc. Tibi fideli nostro venerabili et egregio Stephano Brodarych de Jerosyn decretorum doctori, comiti capellae sancti Andreae apostoli et canonico Quinqueecclesiensi salutem et gratiae nostrae regiae assiduum incrementum. Quemadmodum variae sunt et multiplices mortalium voluntates atque appetitus, ita videmus varia ac multum inter se diversa esse studia et diversas ad varias artes ab ipsis pene incunabulis animorum applicationes, prout cuique vel natura, vel conditio, vel animi libido svadet. Quo sit, ut alii protinus, ut in lucem sunt editi agricolationi animum intendant, alios mercium ex diverso orbe terra marique convehendarum studium teneat; aliis in opificio quopiam et vel pingendi vel fingendi aut sculpendi arte excellere pulchrum ac decorum videbatur; alii postremo alias, vitae humanae necessarias artes et studia sequantur. Qui vero nobiliorem a natura vim sortiti sunt et reliquum humani generis vulgum, gloria et nominis amplitudine antecellere conantur, eorum duo genera esse videmus, aut enim rem militarem sequuntur, aut ab ipso aetatis principio bonarum artium studiis animum dedunt. Quae quidem duae res sole propemodum sunt, quae mirabile dictu est, quantum et ornamentis et emolumenti humano generi asserant, alterum enim, si bello quatimur, ex bello nobis victoriam, ac demum pacem parat, altrum in pace quietos nos ac legibus et iure aequabili viventes continet. Itaque haud temere ullum, tam ferum, tam barbarum, tamque ab omni humano cultu alienum atque aborientem populum reperias, ubi non his geminis artibus summus sit semper honor habitus; verum quod ad litteras attinet, quantum [...] splendoris et claritudine, tantum etiam commodi et emolumenti facile inesse apparet.

Nam si quis [...] perpendiculum revocare voluerit et aequa lance metiri procul dubio reperiet nobis parum profuisse ratione et intellectu a ceteris animantibus distinctos fuisse [...] divinationem vocamus, exculpta atque elimata fuisse; quid enim inter nos et caetera animalia [...] adminiculo et nobis et tam multiplices rerum cognitiones et dei ipsius optimi maximi ac naturae omnium parentis abstrusissima arcana [...] monumentiore eo iam [...] penetratum quo vim naturae humanae penetrare posse nemo unquam credidisset. Litterae igitur sunt et [...] omnium nationum absolutissimam [...] cognitionem tribuunt, litterae denique, quae [...] sempiternam immensam, ineffabilem, incomprehensibilem [...]. Quid igitur [...] elegantius? Quid laudabilius, quam in ea re vel mediocriter excellere, quae tantum rebus humanae omnibus antistiti et tantum divina humanaque omnia [...]. Nosque, qui de benignitate ad hoc tam amplum atque excelsum regni fastigium sumus evecti, semper ab inicio maximae curae habuimus, ut tam armorum, quam litterarum studiosi praecipuis [...] et pari quodammodo atque aequali existimatione ac dignitate haberentur. Hac igitur de causa neque te praeterire libuit, quippe qui ab ipsis pene incunabulis omnem aetatem in hoc honestissimum [...] prima adhuc pueritia ad omnium artium altricem Italiam missisti, eam ibi per multos annos variis disciplinis operam impendisti,

ut adhuc adolescens et vir, dum pubertatem egressus, non solum Graecis ac Latinis litteris non mediocriter eruditus habereris, sed etiam iuris pontificii eam peritiam consequeris, ut te nobilissima orbis terrarum gymnasia ea adhuc aetate eius disciplinae insignibus et ornamentis dignum iudicarunt, porro inde egressus non socordiae, neque ignaviae animum dedisti, sed ne bonum otium inerti desidia [...] primum reverendissimi domini Thomae cardinalis Strigoniensis ac patriarchae Constantinopolitani, etc. aulam et secutus; succedente deinde tempore in obsequia reverendissimi in Christo patris domini Georgii episcopi Quinqueecclesiensis, summi et secretarii cancellarii nostri, fidelis nostri nobis sincere dilecti asciri voluisti, apud quos et maxime apud ipsum dominum episcopum Quinqueecclesiensem, qua fide, integritate, constantia, qua praeterea industria ac sollicitudine sis versatus, quantam deinde nobisque et huic inclyto regno nostro per plures annos serviveris, adeo in propatulo est, ut litterarum nostrarum praedicatione et testimonio non indigeat. His igitur virtutibus et obsequiis tuis inducti imperpetuum nostrae erga te benivolentiae incrementum ex speciali gratia nostra et de regiae nostrae potestatis plenitudine, tibi ac per te Mathiae fratri tuo carnali, necnon Francisco et Alexio filiis eiusdem Mathiae et eorum haeredibus et posteritatibus universis ad arma familiae vestrae avita, quae in scuto coelestini coloris hominem armatum ab hostibus insecutum in cymbam transfretatoriam compulsus et in navicula ipsa concitatissimo cursu in aliam fluminis ripam tendentem gestare conspiciebantur, hoc fecimus additamentum: corvum videlicet de sublimi advolantem, coronam lauri semper virentis, quasi capiti illius bellatoris imponendam, rostro afferentem. Ad denotanda te, familiae tuae, quae non temere, sed ex eventu bellico, et ex illo transfretandi casu, priora illa insignia sortita fuerat, hoc novum decus addidisse, ut illius, sive navigationem, seu potius bellicam virtutem eruditione tua et doctrina ornaveris, quo enim alio insignii id significari atque exprimi aptius potuit, quam corvo laureum sertum gestante, cum et corvus alis sit Phoebos dicata, et lauri ramis doctorum hominum ipsa cingi soleant.

Quae quidem arma sive nobilitatis insignia in capite seu principio praesentium litterarum nostrarum suis appropriatis coloribus artificiosa manu depicta tibi, ac praefatis fratri nepotibusque tuis, ipsorumque haeredibus et posteritatibus universis, animo deliberato et ex certa nostrae maiestatis scientia dedimus, donavimus et contulimus, immo damus ac concedimus et praesentibus elargimur, ut tu, iidemque frater et nepotes tui praenominati, ac haeredes et posteritates eorum universae praetacta arma seu nobilitatis indicia, de more aliorum nobilium, armis utentium, a modo imposterum, ubique in praeliis, hastiludiis, tor[nament]iis, duellis, bellis, omnibusque exercitiis nobilitaribus et militaribus, necnon sigillis, velis, cortinis, anulis et generaliter in quarumlibet rerum et expeditionum generibus, sub merae et sincerae nobilitatis titulo ferre, gestare, omnibusque et singulis privilegiis, praerogativis, immunitatibus, gratiis, honoribus et libertatibus, quibus caeteri nobiles, armis utentes, quomodolibet de iure vel consuetudine utuntur et gaudent, uti, frui et gaudere possitis et valeatis, de talismodique singularis

et specialis gratiae nostrae antidoto merito exultetis et tanto ampliore studio ad honorem nostrae regiae maiestatis tua et eorundem de caetero sollidetur intentio, quanto vos largiore favore et gratiarum munere dotatos, condecoratosque esse conspicietis. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam praesentes litteras nostras, secreto sigillo nostro, quo ut rex Hungariae utimur, impendenti communitas nobis duximus concedendas. Datum Budae, feria quarta proxima post

dominica[m] letare, anno domini millesimo quingentesimo decimoseptimo; regnorum nostrorum Hungariae et Bohemiae etc. anno primo, Jacobus Piso secretarius.

Rongált hártján, élén czimmerminiaturával, diszesen festett kerettel, fehér-feket-kék selyem zsinóron függő pecséttel. Br. Tallián Dénes tulajdona. Összeolvastatott Horváth Ignác és Varjú Elemér által.



A Brodaries család címeres levelének (1517)
másolatban fennmaradt címerpajzsa